Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fore veros quia dicit se plures a senioribus suis audiuisse ita tempore esse
in antiquis scripturis ad q̃s se refert

Super Quintodecimo Decimosexto Decimoseptimo et Decimooctauo
articulis incipien tim qd omnia bona sua ꝛc tim qd tempore vite sue ꝛc
tim qd post mortem suam similiter et tim qd de predictis omnibus ꝛc Testis
examinata dicit ut ad primum secundum

Super Decimonono articulo incipien tim qd post mortem sua clarum ꝛc
testis examinata dicit articulum fore verum quia audiuit a pluribus
fide dignis personis plura et diuersa miraculosa circa Tumbam beati
Leopoldi facta esse Interrogata secundum Interrogatorium supra in prima
pro designata testis respondendo dixit qd nouit prefatam Agnetem
vxorem Erasmi ostrut per plures annos ante et post infirmitatem
suam et ipsam de tempore ut in sua deposicione deponitur infirma et
ex post sanam vadisse prout hodie eam sanam nosit credens fuerit
ipsam ex merito beati Leopoldi miraculose liberatam et sanatam esse

Super Vicesimo Vicesimoprimo et Vicesimosecundo articulis testis ex-
aminata est generalis cum aliis depositionibus super eisdem

Super Vicesimotertio articulo incipien tim qd quotidie adhuc ꝛc
testis examinata dicit articulum fore verum quia nouit vidit
magnum miraculum circa Tumbam beati Leopoldi factum esse videlicet
qd quidam puer quem mortuum supra altare qd ante Tumba situm
est vidit vitam recuperasse quinquidam puer ab omnibus circumstantibus
audiuit ex quodam puteo mortuus extractus fuerat Addiciens etiam
a pluribus fidedignis personis audiuisse diuersa alia miracula nouit
facta esse sed nesit qualia

Super Vicesimoquarto articulo incipien tim qd de predictis omnibus ꝛc
testis examinata dicit articulum fore verum quia adhuc hodie ita
firmatur

Et fiunt iuramenta eidem testi prout est morꝛ ꝛc

Eadem die fuit examinata districta mulier Dorothea relicta quon-
dam Leonardi de domo animarum de dicto loco etatis sue annorum
Septuaginta uel circa que deposuit ut sequitur

Et primo super Primo secundo et aliis articulis usque ad decimum
octauum inclusiue testis examinata dicit articulos fore veros quia
semper ita esse a senioribus suis audiuit

Super Decimonono articulo incipien tim qd post mortem suam
clarum ꝛc testis examinata dicit articulum fore verum quia in ipsa
met factum sit magnum miraculum Interrogata secundum Interrogatorium